Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 889
Quelle:
Copyright:

Eichſtettenſem ✠ 989. autorem facit *Caniſius*, dubitante *Baſnagio* in *Praef.*

VI. *fol.* 76. *Incipit prefacio in uitam S. Maximini treuerorum archiepiſcopi. Lupus Waldoni Suo Salutem. Amicos honeſtis certare officiis* &c. Vitam hanc edidit *Steph. Baluzius* inter Opera *Servati Lupi* Presb. et Abb. *Ferrarienſis Pariſ.* 1664. p. 275. 8.

VII. *fol.* 80. p. 2. *Incipit prologus in uitam Nicecii treuerorum archiepiſcopi. Si fides dictis adhibetur* &c. Autor hujus vitae *Gregorius* Ep. *Turonenſis*, qui eam *Vitis PP.* c. 17. inſeruit, ubi in edit. *Opp. Pariſ.* 1699. legitur *col.* 1231. f. usque ad illam Codicis noſtri particulam: *Nam ibi cunctorum* &c. quae ex ejusdem *Gregorii* Libro *de Gloria Confeſſorum* c. 94. *col.* 976. deſumta eſt.

VIII. *fol.* 84. *Incipit vita Sancti Symeonis Monachi. Igitur vir dei Symeon patre greco Antonio dicto* &c. *Simeon* hic *Syracuſanus* recluſus in turri circa *Treverim* obiit 1035. Vita illius praeſens habetur T. III. *Surii* p. 439. et in *Actis SS.* T. I. *Junii* p. 89. et quidem cum Praef. *Euerwini* Abb. S. *Martini* Trever. ad *Popponem* ejus urbis Archiepiſcopum, quae nobis deeſt, uti et extrema illa particula, quae incipit: *Ea tempeſtate* &c.

IX. *fol.* 89. p. 2. *Prologus in paſſionem S. Antonini martiris. Quecumque de Sanctorum ac beatiſſimorum martyrum mirabilibus recitanda ſunt* &c. Titulus et initium: *Vita uel paſſio antonini M. Igitur Reverentiſſimus Puer Antoninus* &c. Finis: *Explicit paſſio ſancti antonini martiris. quem peregrini* Antilinum *uocant. Qui paſſus eſt apamia ciuitate ſub antonino imperatore cognomento pii IIII*to. *N. Septembris.* Haec civitas *Syriae*ne ſit, an *Galliae*, multis ventilant Hagiographi *Antverpienſes* ad *diem* 2. *Sept.* T. I. p. 340. Acta vero noſtra promit *Phil. Labbeus* T. I. *Novae Bibl. Mſs. Pariſ.* 1657. p. 688. f. usque ad *Verſus* numero 34. noſtro in *Codice* ſubjectos, quorum initium finemque recitare lubet:

Germine conſpicuo primis natalibus ortus
Floruit hic ſanctus, magnis uirtutibus auctus.
Denique celeſtis doctrinę lampade feruens
Jura ſacerdotii meritis poſcentibus ipſis
Induit et chriſto ſtuduit ſeruire tonanti. &c. —
Atque coronatum uictrici tempora lauro
Angelicis cuneis adſciuit iure ſodalem,
Cum quibus ęterna fruitur per tempora doxa.

X. *fol.* 93. p. 2. Hiſtoria translationis SS. *Syneſii* et *Theopompi* ad Coenobium *Nonantulenſe* propе *Tarviſium* hoc rubro: *XI. Kal. Junii feſtiuitas Sanctorum Martirum Seneſii et Theoponti.* Ini-